UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Epilogvs Ad Serenissimvm Delphinvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

Visual Library

EPILOGUS
AD SERENISSIMUM DELPHINUM.

HAbes, LUDOVICE, munus à me, ſiquidem rerum ſpectetur dignitas,
magnum; ſed futurum tamen majus, ſi quem opto ex ejus uſu fructum ca-
pias, veræ nempe ac ſinceræ pietatis incrementum, cujus uberes jam animo tuo ex-
cepti ſatus ad lætam frugem feliciter adoleſcunt. Id ſi ſit, *Deus Patris tui erit ad-* Gen. 49. 25.
jutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi
jacentis deorſum: largietur ille tibi cœleſtem hanc Sapientiam, *per quam reges regnant,* Prov. 8. 15.
& legum conditores juſta decernunt; teque præſentibus proſequetur auxiliis, ad edo-
mandos, non externos ſolum, ſed inteſtinos etiam, eoſque omnium acerrimos hoſtes;
corporis dico cupiditates, incitamenta Dæmonum, & mundi illecebras, quæ te cir-
cumſident; ac ſpreto tandem temporario hoc & caduco imperio, nobilius affectabis
& immortale regnum, quod nulla vis poteſt convellere. Atque hæc tibi certo
eventura eſſe ſcito, tumque te revera fore magnum, cum te coram Deo minimum
eſſe agnoveris.

FINIS.